

Piet. 8° 80.

63.

**MONITA PACIFICA,**  
Ex sincero Veritatis & amoris stu-  
dio directa ad Autorem schedia-  
smatis germanici,

*Anno 1703. editi,*  
cui titulus praescriptus:

**Gründliche Vorstellung**  
Welches eigentlich das einzige wahre  
Mittel zur  
**Vereinigung**  
der beyden Evangelischen Religionen ꝛc.

Αληθεύετε ἐν ἀγάπῃ.

A. C.  
clō Iccc iii.

97.

MONITA PACIFICA

in sacro Venerabilis & Amplissimi

Concilii Tridentini

in his Germanici

in his Germanici

Rom. XII. 3.

Μὴ ὑπερφρονεῖν, παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν  
ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν.

SECRETUM


et servandum in sacro

et servandum in sacro

A. C.

in hoc

§. I.

 Uanquam Autor §.33. libelli consilium hocce suum ab epierisi aut aliorum censuris ac refutatione exemptum esse voluit; tamen monita è sincero pacis studio profecta aspernari haut videtur, qualia subjungere *ὡς ἐν τῷ πρῶτῳ* nullâ aliâ de causâ, quam veritatis ac pacis, quæ utraq; uti conjunctissima ita æstimatissima nobis esse debent, post rationes graviter expensas visum fuit. Rem omnem non tangimus, multò minus exhaurimus, circa quam plurima alii invenient, suo judicio agitata vel examinanda: Nos quædam tantùm hîc libamus.

§. II.

De Autore, cùm ipse studiò latere voluerit, ejusq; characteribus, passim schedia smati impressis, è quibus genius ejus elucet, hîc nihil expectandum fuerit, ne *ἐπίστυ* exercere voluisse ipsi videamur. De animo ac scopo, quo consilium istud suscipere ac moliri æstimandus sit, neque nos judicamus; saltem illud constat, non divina eum, sed humana suadere, quod produnt singula atque universa consilii sui exequendi proposita media; neque tam veritas divina, quàm Regum atque Principum autoritas sacræ hierarchiæ atq; unionis, ut ille quidem sibi imaginatur, prora ac puppis esse videtur. Unde de Praxi Pietatis, ne planè ejus oblitus esse videatur, inculcandâ, quasi postliminiò §.31. mentionem facit, cujus ratio in

primariis habenda, & quatenus ex sincera ἀληθείᾳ  
ἐπιγνώσει fluit, reliquis omnibus ad pacem con-  
ciliandam medijs facile antehabenda fuerat.

§. III.

Universim ac generatim circa historiam à re-  
formatione ad nostra tempora aliquoties ab eo  
impingi, (studio, an errore, non dicemus) e. c.  
de fatis Augustanæ Confessionis, variatæ, quam  
vocant, ac invariatae, partium Evangelicarum  
diffidiis &c. alii animadvertant, si lubet; nos hîc  
alia monemus.

§. IV.

Neque nostrum est, examinare hîc multa ipsius  
postulata atque hypotheses, quarum unaquæque  
μέγα λίαν αἴτημα multis forte videbitur; quando  
jus reformandi solis Principibus, exclusis & præ-  
teritis Hierarchiæ Ecclesiasticæ reliquis mem-  
bris, vindicat §. 1. Theologos omnes ἀδιαίρετως abs  
hoc negotio excludit §. 16. (in quos iniquius ac  
vehementius ex particularibus universales que-  
relas confert, à quibus, quamvis §. seq. 17. se, quasi  
ex animo adfectu, quo abreptus fuerat, rediens  
ad se, feliciter expedire non potuit) quæ cum aliis  
nonnullis nos præterimus.

§. V.

Hoc fortè multos offendes ἀντιλέγοντας, qui  
ipsum colloquium Lipsiacum oculis subjecere:  
Ja was noch mehr ist / die Sächsischen Theologi  
mussten auf dem Leipziger Convent selbst eingestehen/  
daß zwischen denen Lutherischen und Reformirten  
kein Lehr-Streit über einigen in der Augspurg. Con-  
fession enthaltenen Articul vorhanden. Postulatum  
de nullitate differentiae inter variatam & in varia-  
tam,

tam,

tam, quam vocant, Conf. Augustanam αὐτοπίστας  
judices postulat.

§. VI.

Fundamentum Reunionis Augustanam Con-  
fessionem, eamq; uti anno 1530. 25. Junii exhibita  
est, h. e. invariata dum statuit atque substernit,  
latinae potissimum editioni primas deferens, si-  
mulque ab utrisq; Evangelicorum uno eodemq;  
sensu eandem receptam esse supponit, à plurimis  
synodis reformatis, quales Fridericus Spanhemius  
aliiq; nec non Lutheranis (cum vulgo loquemur)  
assensum æquum ac sincerum vix impetrabit, de  
quo publica utrinq; Dd. Evangelicorum scripta  
testantur, ubique obvia.

§. VII.

Sed hinc periculosum est, novo Irenarchæ con-  
tradocere, qui nihil minus, quàm spiritu Verita-  
tis ac pacis (qui Christi est) sed quovis alio agi, ex  
suismet convincitur verbis §. II. omnino legen-  
dis: Auf diese Weise wäre also das erste fundament  
zur Verein geleet / und nechst der Heil. Schrift die  
Augspurgische ungeänderte Confession so wohl der  
Evangel. Lutherischen / als Evangel. Reformirten  
norma docendi, und so oft sich einige discrepantz  
in der Lateinischen und Deutschen Original-Confes-  
sion ereignet / jene dieser als einem translato vorzuzie-  
hen / womit wann einige von beyderseits Theologis  
nicht zu frieden seyn solten / es eine Anzeig wäre / daß sie  
nicht durch den Geist der Wahrheit / Einigkeit / und  
Christlicher Liebe regieret würden / und daher durch  
die Weltliche Obrigkeit das Compelle auf dem Ta-  
pis gebracht werden müst. Circa quæ verba nihil  
monemus, cum omnia Autoris hinc pateant,

):( 3

arcana,

arcana, & AntiChristianaë tyrannidis sacraë principia absorptiva, ipsi naturæ religionis Christianaë adversa atque inimica.

§. VIII.

Omnis consilii, quatenus ab Autore proditur circa uniendas, ut ipse loquitur, Evangelicas religiones, ratio corticem lambit, nucleum ne tangit quidem, h. e. veram DEI mysteriorumq; divinarum ad salutem humani generis divinitus revelatorum cognitionem è verbo DEI necessario hauriendam ne indice quidem digito monstrat, verum circa cultum externum & adiaphora imprimis uniformiter obeundum versatur, quod argumento nobis est idoneo, ipsum divina non alere sed humana consilia, nec tam ad amplificandum Regnum DEI, quam Principum secularium Auctoritatem, quæ semper salva atque sancta, sed non prima esse debet atque primaria, respicere, de quo ut ipsius conscientia sibi prospiciat obtestamur.

§. IX.

Vehementer veremur certè, ipsum Autorem suam ipsius conscientiam ictum, quæ humana merè non divina unionis consilia ipsum fovere tacite suggererat, nihil fausti boniq; ex suo sibimet ipso consilio polliceri, quando ominatur §. 30. novum monstrum, sive tertiam sectam inde prodituram. Zugeschweigen/das man gleichsam eine dritte Partey formiren würde / welche weder von denen Evangel. Lutherf. noch Evangel. Reformirten admittiret werden dürfte. Wann jedoch e. gr. alle Reformirten in Reich sich zu der Evangel. Lutherf. vel viceversa alle Evangelisch Lutherische zu denen Reformirten

etwas



etwas näher treten wolten / wodurch eine dritte Parthei vermieden bliebe / könnte es ehender angehen.

§. X.

Quid? quod est vestigio sequentia subjungens verba: Es ist aber solches mehr zu wünschen / als zu hoffen / ipse desperat de successu unionis, ex suo saltem consilio ineundæ, unde vana proclamat sua molimina, vanum Consilium.

§. XI.

Quæ speciatiim, imò singularissimè Autor de procurandâ inter Protestantes Unione in Germaniâ, quæ intimè atque unicè ad id vocatus esset, produxit in medium, id ne tangimus quidem, cum sacrosancta nobis sit Principum Evangelicorum, in quibus Primatem veneramus Augustum Borussiae Regem, autoritas, cujus Consilia sunt in manu Domini!

§. XII.

In eo tamen Autori nostro non assentimur, quòd ille humana hîc iterum omnia spiret, & Deo quasi non consulto Principum auspiciis atque Regum unicè Unionem Evangelicorum conciliandam in medium consulat, quæ certè viarum atque operum DOMINI haut ignaris, unà placere nequeunt.

§. XIII.

Quamobrem denuò conscientia quasi fulmine tactus, §. 34. sequentia scribit: Da schließlichen diesem Wercklein wieder Vermuthen etwas zu finden wäre / so der Evangelischen Religion zuwider oder anstößig / das wird hiemit solennissimè widerruffen / quæ non tam animi modestiam, quam profectò antecedentia omnia minime spirant, quàm huma-

ni

ni consilii de incerto eventu timorem fatis pro-  
dunt, & stylo verso antecedentis consilii ratio-  
nes quasi expungunt. En Autorem *αυτοκατάριτον*.  
Hoc certè est **MAGNIFICUM NIHIL.**


*NB. Cesaropapiam loco Papo-Casarias introducens  
vult Autor.*

§. XIV.

Hæc sincerè atque ex animo Veritatis ac Pacis  
cupidissimo Nos monere Protestamur, qui inter  
Evangelicos utrinque pacem veram & concor-  
diam ingenuam & optamus & speramus, me-  
liori fortassis argumento, quàm quo unicè sibi  
aliisvè adblandiri contendit Autor noster. Eam  
certè non ullis humanis consiliis, sive politica  
sint, sive sacro venditentur nomine, sed *ιδίῳ*  
*καίριῳ* sincerâ utrinque ad DEum conversione  
Verbiq̃ ejus agnitione, & sanctâ morum omnis-  
que vitæ integritate uno spiritu divino regen-  
dæ obtinendam speramus, expectamus, anhe-  
lamus: De quâ si propiùs mens nostra declaran-  
da expetatur, suo loco & tempore sincerè eam  
expromemus.

**LUC. II, 14.**

Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ καὶ ἐπὶ  
γῆς, εἰρήνη, ἐν ἀνθρώ-  
ποις εὐδοκίας.



Datum der Entleihung bitte f

10.4.1998

Bz. Oka 198

SÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



2 0303457

